

caritate cunctos <sup>a)</sup> Gorzense <sup>b)</sup> usque monasterium <sup>37)</sup>, a se olim cum ceteris ad regulare specimen reformatum, devenisset, quae supererant, invisere curavit; dehinc ad prænominatum venit Fiscannum. Post aliquot vero dierum <sup>c)</sup> acris <sup>d)</sup> coepit doloribus affligi. Iam quippe imminente sollennitate nativitatis dominicę pręnoscens suę a Christo vocationis diem, convocatis ad se fratribus deliberans coram eis provide ac sapienter de cunctis, quę ipsius innitebantur patrocínio, quid vel qualiter agendum seu ordinandum foret. Sicque universis pręsentibus simul et absentibus sua benedictione firmatis ac deo commissis expetit sibi dari salutare <sup>e)</sup> atque vivificum commeatum. Expletisque sollennibus totis octo dierum nichil <sup>f)</sup> omnino loquens, oculos tantum ad deum <sup>g)</sup> erigens <sup>h)</sup>, illi soli intendens, illum <sup>i)</sup> solum <sup>i)</sup> mente respiciens, iamque <sup>k)</sup> aspiciebat felix anima subito <sup>l)</sup> ad illum itura de vasculo carnis in sua gloria deum maiestatis. Anno igitur eiusdem nativitatis dominicę millesimo xxx<sup>o</sup><sup>10)</sup>, indictione xiiii<sup>a</sup>, a nativitate quoque istius patris ac dei cultoris lxx<sup>o</sup> et ab adventu illius ad Gallias de Italia xli<sup>o</sup>, regnante Conrado imperatore, in Francia nichilominus Rotberto <sup>m)</sup> rege, die dominicę circuncisionis venerabili atque eiusdem nativitatis octavo, vi<sup>ta</sup> feria mane, dum aurora supervenientis diei pelleret tenebras, e mundo transivit a sancto istius dei amici corpore felix anima <sup>n)</sup> et beata, lucerna videlicet orbis ad sempiternam ac <sup>o)</sup> deificam lucem suis lugentibus, sed lætantibus angelis <sup>p)</sup>, cum quibus laudans ac magnificans benedicit deum, in quo vivit, quicquid iuste subsistit <sup>38)</sup>. Sepultum nanque est sacrum illius corpus honorifice in gremio eiusdem sanctę Trinitatis aeccliesię in conspectu euntium ac <sup>q)</sup> redeuntium fratrum, ut cotidie siquidem prę oculis imitabilem haberent patrem, quem ad ęternam iusticię mercedem habuere institutorem. Ipsiusque precibus et meritis valeant percipere aeternę vitę

---

a) *RBM*, caritatem cunctis *F*

b) Gorziense *M*

c) dies *R*, dierum ... (*sic*) *B*

d) acribus *RBM*

e) salutarem *KR*

f) nil *BM*

g) Dominum *R*

h) erigebat *R*

i) -u *jeweils auf Rasur F*

k) iam enim *R*

l) *fehlt R*

m) Roberto *RBM*

n) anima felix *RBM*

o) & *R*

p) angelis lætantibus *RBM*

q) & *R*

---

<sup>37)</sup> Zur Reform Gorzes durch Wilhelm (1012/17) s. Bulst S. 86 ff.

<sup>38)</sup> Wilhelms Todestag am 1. 1. 1031. Zur Feier seines Totengedächtnisses s. Bulst S. 29. Die hier für Wilhelm angegebenen Daten sind nicht richtig, da Wilhelm erst 962 geboren wurde (s. oben Anm. 2) und schon 987 nach Cluny kam (s. oben Anm. 6).